Krasowo 604 Demissio

Coram offo et actis praesentibus personaliter comparens Nobilis Bartholomeus olim Joannis Krasowski Sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia Nobili Christophero filio Nobilis Mathei Konopka et ipsius posteris obligationem terrae immobilis in bonis Krasowo Wielkie sitae sibi recognoscenti per Nobilem Matheum Konopka parentem eius in Quadraginta florenis polonicis modo obligatorio coram actis autenticis inscriptae Cum omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis suae ac paterna iure possessione mitione emptione et iuramentis in originali inscriptione contentis nihil sibi excipiendo demittit Omneque et integrum ius suum sibi ad praemissa competens in personam ipsius et successores eius plenarie transfert et transfundit Introducendo illi ex nunc cum paci fica possessione officio acceptandam admittendo.

Piekuty Obligatio

Coram officio et Actis praesentibus personaliter comparens Nobilis Andreas olim Baltasari Piekut de Piekuty haeres Sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia Nobili Christophero filio Nobilis Mathei Konopka et ipsius posteris bonorum suorum immobilium in hereditate Piekuty sitorum in campo wzgeciem bradin ... duos sulcos per duos campos tendentes inter metas Walidowska ... recognoscendo iacentes Cum agris et omnibus utilitatibus nullis exceptis in Summa Sex florenorum polonicorum hinc usque ad exemptionem obligavit et inscripsit Cui iam ex nunc intromittit cum possessione officio acceptandam et admittit Submittendo se cum suis posteris debitoribus bonis memoratis donatarium et eius posteros occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico tueri evincere et solus per se et per submissas personas non iniuriare sub vadio simili Et coram officio praesenti in primo citationis termino peremptorie rationi ... iuris remediis et defensis ... iure conectis ... abscribendo

Smurly Donatio

Coram officio et Actis praesentibus personaliter comparentes Nobiles Joannes et Andreas filii olim Hieronimi Smurlo Sani mente et corpore existentes palam et libere recognoverunt Quia Nobili Stanislao et Georgio Smurlo et ipsius posteris bonorum suorum immobilium in hereditate Smurly sitorum in loco dicto na Rusi totam et integram sortem suam se ... recognoscendo post parentes suos quovis modo et iuris titulo concernentes in agris pratis silvis rubetis et cum omnibus utilitatibus nullis exceptis perpetuis temporibus dederunt donarunt ac inscripserunt Cui iam ex nunc intromittendo cum pacifica possessione officio acceptandam admittunt Submittendo se cum suis posteris et omnibus bonis memoratum donatarium et eius posteros occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico quarumvis personarum per eos praeviae ... tueri evincere et solus per se et per submissas personas non iniuriare sub damnis ... Et coram officio castrensi Drohiciensi in primo citationis termino peremptorie rationi ... iuris remediis et defensis legalibusque impedimentis ... iure concessis ... et ... abscribendo

1058